



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

11. De promissorii iuramenti irritatione, dispensatione relaxatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

aut, usuram se solitum, pecunias latroni daturū.
Illud Abb. Licet iuramentum transeat ad hæredes
(vouentis se Ecclesiam ædificatum) seruare tamē
tenetur, ne lādat animam defuncti. Et possunt
cogi à iudice Ecclesiastico.

Obligatio iuramenti propriè promissorii transit
ad hæredes aut Decanos, Episcopos, successores eius
cui iuratum est. Vnde iuramentum ex parte iurantis
personale est, sed respectu eius, cui iuratū reale, id
est transitorium cum re, puta dignitate, hæreditate,
& paret ex cit.c. veritatis, in quo habetur; Vasallum,
qui iurauit. Prælato fidelitatem aut obedientiam,
eandem etiam sine novo iuramento debere succes-
soribus, quamvis eorum expressa mentio facta non
sit.

C A P. XI.

*De promissorii iuramenti irritatione, dispensa-
tione, relaxatione, commutatione.*

Sicut vota ita & iuramenta edere non possunt per
sonæ, quæ alterius potestati subiectæ sunt, nisi cū
dependentia à voluntate eorum, quibus subsunt, ita
vra irrita reddere possint, quatenus ipsis præiudi-
cant. Est autem duplex talis dependentia, una per
se, si ipsamet hominis voluntas alienæ potestati sub-
iecta sit. v.c Religiosi & impuberis. Altera per acci-
dens, sive ratione materiæ circa quam nota seu iu-
tura causa versatur, vi si vxor voleat, vel iuret, se pe-
tiginatura & cum præiudicio Episcopi sui. Vnde
sunt vota, ira & iuramenta per dominatiuam potes-
tatem, irrita reddi possunt, tiam Deo præstata; pro-
bat iuramentum promissorium Deo factum aliud
non

non est, quam votum iuratum, Iuramentum aliter
accidens promissioni ac voto, assumit naturā & con-
ditionē eius. Ergo perinde ac votū tacita cōdītione
fit, saluo iure superioris irritandi potestate p̄adī.

2 Iuramentū etiam hominis p̄aestitum irritari po-
tes, si versetur circa materiā alterius dispositioni sub-
iectam, aut circa promissionem, quæ dominatur
potestati patris, tutoris, p̄aelati, mariti, &c. subdita
est. Prior pars prob. quia in iuramento intelligitur
ius superioris exceptum, vt proinde iuramenta in
cuiuscunque gratiam edita per authoritatem Papz,
Episcopi, alteriusue potestatis, etiam laicæ irrati-
queant, si sint circa materiam eius dispositioni sub-
iectam. Vnde Pontifex suo arbitratu irritare potest
omnia iuramenta edita circa beneficia Ecclesiastica
distribuenda, quippe in quibus plenissimam po-
testatem noscitur habere. Episcopus quoque Cleri-
corum iuramenta, quæ versantur circa res sui dis-
positioni subiectas res indere potest, V. C. Si Cle-
ricus iurauit, se non discessurum loco ante solu-
nem debitorum; post prob. quia iuramentum re-
cipit naturam & conditiones actus cui apponitur,
quapropter Pr̄aelatus omnes promissiones religio-
forum iuratas sine consensu suo factas irritare po-
test; Pater & Tutor omnia pacta iurata impube-
ris, cum ob æratis imbecillitatem, etiam eius vo-
luntas alienæ potestati subiecta sit; Maritus item
xoris, quatenus in ipsius p̄auidicium cedunt iura-
menta.

(Posito, quod dispensatio versetur circa iura-
menta Deo facta & relaxatio circa iuramenta ho-
mini facta.) Quicunque habet potestatem dispen-
sandi, aut commutandi vota potest tali facultate vti-
tamēdī

tatiets vota irrita sint, quia votum sicut & quæuis alia promissio retinet naturam suam, licet iurata sit, quare nihil obstante iuramento remitti possunt, quia iuramentum est accessorium promissioni & voto.

Vota & iuramenta pia equiparantur, Quare sicut vota ita & iuramenta summo Pontifici reseruata, censerit debent. 4

Iuramentum continentiae perpetuae, Religionis, alteriusue materiae reseruatæ si pœnalia aut conditionata sint, (V.C. Vir iurans religionem si Titiam non accipiat, quia circa hominem versatur,) perinde vota eiusdem conditionis ab Episcopo relaxari possunt.

Iuramentum promissorium erga hominem ordinariè relaxari non potest absque consensu eius, cui praeditum est; quia tali iuramento ius homini acquisitum est, quo proinde sicuti & aliis bonis priuari non potest; Nam in iuram promissorio, quia homo est creditor, cuius proinde in hac re commodum atque voluntas spectari debet, eoq; inuitio obligatio remitti non potest. Votum verò promissum quod Deo fit, censetur à Deo remitti, si Ecclesiæ Prælatus iudicet ita expedire ad salutem vountis.

N.B. Quandoq; aliquid iuramento promittitur de quo dubium est, vt cū sit illicitum an illicitū; proficuum, vel noxiū, in illo potest quilibet Episcopus dispēsare. 6

Iuramentum in hominis utilitatem principaliter editum si non est propriè promissionis confirmatum, sed per se stans Episcopali authoritate relaxari potest. V. C. Usurario usurpas resoluere iuramento promissas. Cum enim huiusmodi iuramenti nullum ius æqualiter ei, in cuius gratiam eduntur

eduntur ideo sine cuiusque iniuria ob causam ad
Dei honorem cedentem à Prælatis relaxari possunt,
etiam iuramentum ædificandi Ecclesiam non pro-
ducit aliquam iustitiae obligationem consequenter
nec confert alteri parti propriè dictum ius, sive
actionem.

- 7 Priuilegia dispensandi aut commutandi & iu-
menta dari solent sine præiudicio tertii, quod intel-
ligitur postquam illi per acceptionem ius acqui-
sitionis.
- 8 Qui habent priuilegia dispensandi vel commu-
tandi vota, possunt etiam commutare iuramenta
pia, quæ sine promissione in Dei honorem prin-
cipaliter concepta sunt; Non possunt autem vi priuile-
gii relaxare iuramenta directe in hominis voluntate
edita, quamvis acceptata non fuerunt. Prior prob.
quia vota & huiusmodi iuramenta æquiparantur, v.
c. si iuras te in tali Ecclesia altare ædificaturum. Po-
sterius prob. quia talia iuramenta cum votis nullam
habent æquparationem. Vnde qui iuravit, se Caiam
ducturum iuramento obstringirut quo minus pro-
positum cœlibatus amplecti possit.
- 9 Directa relaxatio iuramentorum quæ sic per mo-
dum absolutionis aut dispensationis ad Ecclesiastico-
costantum Prælatos pertinet cum sit quedam remis-
sio ex parte Dei facta per eius ministerium, cuiusmo-
di potestas spiritualis est.) Indirecta vero etiam laici
potestati competere potest. dummodo materialis
temporalis, v.c. si laica potestas ob iustum causam
liquid præcipiat vel prohibeat, cui non obstante co-
trario iuramento suo subditus obtemperare debet
v.c. vt ciuitatis gubernationem accipiat.
- 10 Causa iuramenti, ut pote in Deum tendens, per se
spiritualis est, si tamen super contractum inter laicos
interpo-

causam ad
ari possunt;
n non pro-
nsequenter
as, sive
ndi & iu-
quod intel-
s acquisitio-
el commu-
e iutamenta
rem princi-
n vi pseu-
s vtilitatem
Prius prob-
parantur, n-
urum. Po-
yotis nullam
uit, se Caiam
minus pro-
esicper mo-
Ecclesiasti-
uædæ remi-
m, cu unimo-
o etiam laic-
o materiali-
m causam-
obstante co-
perare debet
ndens, per le-
n interlaicos
interpo-

interpositum est ad eius obseruationem, cum Ecclesiasticus tum laicus Iudex compellere potest iuxta il-
lud *iuramentum non mutat forum sed addit forum foro:*
Vnde contractus iuramento firmatus est mixti fori,
vnde ad iuramentum ab usuratio remittendum, po-
test compellere index Ecclesiasticus.

C A P. XII.

Quæ personæ iurare possint.

Deus secundum quandam metaphoram ad no-
strum intelligendi modum in scriptura sacra iu-
rante dicitur, alioquin dictum diuinum nullam con-
firmationem admittere potest, cum ex se ipso infalli-
bilem certitudinem contineat.

Omnis creatura intellectualis, ipseque Christus,
quæ homo propriè iurare potest, etiam rationis usu
predicari ante pubertatem.

Iuramentum impuberis, item periitri in iudicio
non recipitur. Prius prob quia quem semel peierat-
se constat, periculum est, iterum peieraturum, & iu-
ramento calumniæ & fidelitatis tamen non libera-
tur periurus.

Sacerdotes non nisi graui de causa in iudicio iu-
rare coguntur (v.c. in pugnatione sui, vel alterius in-
nocentiam probandam ne laedatur uti pro fide, pro
obedientia, pro pace, pro idenitate Ecclesie, pro ab-
solutione & vinculo exactō communicationis) ratio asser-
tionis, quia nō indiget dictū hominis confirmatione,
nisi quia de eo dubitat de veritate eorū, quæ dicunt
& ideo personæ magnæ dignitatis non conuenit iu-
rare Nē quidem iuramentum calumnię prestatre de-
bet sacerdotes sine consensu superioris.

Clerici in manu laici nō debent præstare iurame-
tum.

Ccc

tum